

4. Mīlitēs vōcem ducis, quī pugnat, nōn audiunt. =
5. Dux mīlitum quī castra dēfendunt fortissimus est. =
6. Aemilia sanguinem dē bracchiō Quīntī, quī in lectō iacet, dē-terget. =
7. Domina vōcem ancillārum, quae lūdunt et rīdent, audit. =
8. Iūlius lacrimās filiae, quae in cubiculō plōrat, nōn videt. =
9. Lȳdia vōcem amīcī, quī advenit, audit, et laeta est. =
10. Mārcus vōcem Iūliae, quae canit et rīdet, audit, et irātus est. =

#### Exercitium quārtum

*Exemplum:* Mīlitēs ducī, quī imperat, pārent.  
= Mīlitēs ducī imperantī pārent.

1. Dāvus puerō, quī ē lectō surgit, aquam dat. =
2. Mēdus Lȳdiae, quae gaudet atque rīdet, ānulum dat. =
3. Albīnus Mēdō, quī eī pecūniam dat, ānulum vēndit. =
4. Dux mīlitibus, quī contrā hostēs pugnant, imperat. =
5. Dāvus puerīs, quī in cubiculīs dormiunt, aquam affert. =
6. Hominibus, quī natant, spīrāre necesse est. =
7. Iūlius filiae, quae rosās carpit, mālum pirumque affert. =
8. Iūlius servō, quī alium servum nōn accūsāt, nummum dat. =
9. Ancillīs dominae quae imperat necesse est pārēre. =
10. Aemilia Quīntō, quī in lectō iacet, aquam dat. =

#### Exercitium quīntum

*Exemplum:* Gallus ā puerō, quī dormit, nōn audītur.  
= Gallus ā puerō dormiente nōn audītur.

1. Mārcus ā servō, quī clāmat, excitātur. =
2. Domina ab ancillīs, quae intrant, salūtātur. =
3. Ovis nigra ā pāstōre, quī in umbrā dormit, abit. =
4. Mārcus ā sorōre, quae plōrat, discēdit. =
5. Medicus ā puerīs, quī aegrōtant, nōn salūtātur. =
6. Canis Iūliae animālibus quae volant nōn dēlectātur. =
7. Dominus ā servīs, quī tacent, audītur. =
8. Aemilia ā filiō, quī in lectō iacet, nōn discēdit. =
9. Pāstor ab ovibus, quae aquam bibunt, nōn abit. =
10. Aemilia ab ōstiārīō, quī ōstium claudit, aspīcitur. =

participium  
datīvus  
m., f., n. -ntī -ntibus

participium  
ablātīvus  
m., f., n. -nte -ntibus

#### Exercitium sextum

1. Puer dorm\_\_\_\_\_ gallum can\_\_\_\_\_ nōn audit, sed puerī vigil\_\_\_\_\_ gallōs can\_\_\_\_\_ audiunt.
2. Pāstor canī cibum dat; canis autem pāstōrī cibum d\_\_\_\_\_ pāret.
3. Dāvus puerō posc\_\_\_\_\_ vestīmenta affert. Servī puerīs ē lectō surg\_\_\_\_\_ aquam afferunt.
4. Quīntus bracchium dol\_\_\_\_\_ aspīcit et putat medicum, puerōs aegrōs nōn sān\_\_\_\_\_, stultum esse.
5. Ovis nigra, ā pāstōre dorm\_\_\_\_\_ discēd\_\_\_\_\_, in silvam intrat.
6. Canis, ovis bāl\_\_\_\_\_ vōcem aud\_\_\_\_\_, lupum dentibus petit.
7. Mīlitēs, pār\_\_\_\_\_ ducī imper\_\_\_\_\_, in hostēs impetum faciunt.
8. Domina ancillās clām\_\_\_\_\_ audit et in ātrium intrat, ubi Quīntum videt aquam puls\_\_\_\_\_.
9. Canis avēs, animālia vol\_\_\_\_\_, aspīcit, et lātrat.
10. Parentēs ā liberīs in ātrium intr\_\_\_\_\_ salūtantur.
11. Servī clām\_\_\_\_\_ ā dominō dorm\_\_\_\_\_ nōn audiuntur.
12. Māter vōcem filiae rīd\_\_\_\_\_ et cum cane in hortō lūd\_\_\_\_\_ audit.
13. Mīlitēs inter pīla vol\_\_\_\_\_ pugnant.
14. Mārcus frātre dē arbore cad\_\_\_\_\_ videt, patremque magnā vōce vocat.
15. Pāstor, ovem nigram quaer\_\_\_\_\_, silvam petit.
16. Pāstōrēs dorm\_\_\_\_\_ ā canibus lātr\_\_\_\_\_ excitantur.
17. Puer servō vestīmenta affer\_\_\_\_\_ pāret.
18. Clāmor hostium castra oppugn\_\_\_\_\_ ā mīlitibus audītur.
19. Dux ā mīlitibus, in castrīs habit\_\_\_\_\_, salūtātur.
20. Medicus puerī in lectō iac\_\_\_\_\_ cor palpī \_\_\_\_\_ manū sentit.
21. Servī puerīs frīg\_\_\_\_\_ vestīmenta afferunt.
22. Iūlia patrī adven\_\_\_\_\_ rosās dat.
23. Domina ancillās rīd\_\_\_\_\_ et can\_\_\_\_\_ audit.
24. Canis, vestīgia aspīc\_\_\_\_\_, ovem in silvā err\_\_\_\_\_ quae-rit.
25. Quīntus, in lectō vigil\_\_\_\_\_, membra dol\_\_\_\_\_ movēre nōn potest.

participium  
[1] -āns -antis  
[2] -ēns -entis  
[3] -ēns -entis  
(-iēns -ientis)  
[4] -iēns -ientis